Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uidisti; donec uocauerunt
parentes eius qui uiderat;
et interrogauerunt eos dicentes,
Hic est filius uester quem
uos dicitis quia cecus natus
est; Quomodo igitur nunc uidet;
Responderunt eis parentes
eius et dixerunt, Scimus
quia hic est filius noster, et
quia cecus natus est; quomodo
autem nunc uideat nescimus, aut
quis eius aperuit oculos nos
nescimus. Ipsum interrogate;
etate habet, ipse de se loquetur.
Hec dixerunt parentes eius;
quia timebant iudeos.
Iam enim conspirauerant iudei;
ut si quis eum confitetur esse xpm
extra synagogam fiat. Propterea
parentes eius dixerunt etatem
habet. ipsum interrogate. Vocauerunt
igitur rursum hominem
qui fuerat cecus, et dixerunt ei,
Da gloriam deo; Nos scimus
quia hic homo peccator est. Dixit
ergo ille, Si peccator est nescio.
Vnum scio; quia cum cecus
essem modo uideo. Dixerunt
ergo illi, Quid fecit tibi. Quomodo
aperuit tibi oculos; Respondit eis,
Dixi uobis iam et audistis;
quare iterum uultis audire;
Numquid et uos uultis
discipuli eius fieri; Male
dixerunt ei et dixerunt; Tu
discipulus illius sis; nos
autem moysi discipuli sumus.
Nos scimus quia moysi
locutus est deus; hunc autem ne
scimus unde sit. Respondit
ille homo et dixit eis. In hoc en
mirabile est quia uos nescitis
unde sit; et aperuit oculos
meos. Scimus autem quia
peccatores deus non audit; sed
si quis dei cultor est et uoluntatem
eius facit hunc ex
audit. A sculo non est audi
tum quia quis aperuit oculos
ceci nati; Nisi hic esset a
deo; non poterat facere quicquam.
Respondeuerunt et dixerunt ei, In
peccatis natus es totus; et
tu doces nos. Et eiecerunt
eum foras. Audiuit autem
iesus quia eiecerunt eum foras;
et cum inuenisset eum dixit ei,
Tu credis in filium dei;